Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



pulchra ut luna/electa ut sol/terribilis
ut castrorum acies ordinata Quam leta ex
it festina currit Quando dilectum suum sibi di
centem attonitis auribus audit Surge amica
mea speciosa mea et veni Jam enim yemps
transiit ymber abiit et recessit flores
apparuerunt in terra nostra/tempus putacionis
advenit Vox turturis audita est in terra nostra
Ficus protulit grossus suos florentes vinee de
derunt odorem suum Surge propera amica
mea/columba mea in foraminibus petre in
cavernis macerie Ostende mihi faciem tuam
sonet vox tua in auribus meis vox enim
tu dulcis et facies tua decora Veni electa
mea speciosa immaculata mea Sponsa
mea veni ut leteris in conspectu meo cum an
gelis meis/quorum societas tibi a me repromissa
est Veni post pericula et labores intra in gaudium
domini tui quod nemo tollet a te Felices omnes sancti
dei/qui iam pertransistis huius mortalitatis pe
lagus/et pervenire meruistis ad portum prope